

HUA Archief Domkapittel toegang 216 inventarisnummer 2826-2.

In Dei nomine amen. Universis presentes litteras inspecturis Hugho dictus Pollaerd, canonicus Traiectensis, sic transire per bona temporalia ut non admittamus eterna.

Sanus mente licet corpore languens et animadvertens nichil morte cercius nichilque incercius humano generi supereminens mortis hora propter quod tam inevitabile et incertum humane condicionis debitum rerum mearum temporalium dispositione ad honorem Dei anime meeque salutem, prout mihi desuper ministratum fuerit salubriter pervenire ultimam meam voluntatem seu codicillos quam seu quas valere volo prout de iure melius valere poterunt, sublimitacione et ordinacione sequentibus ordino sub hac forma : In primis volo et (5) ordino quod postquam diem extremum clausero singulis mensibus perpetuo in dicta ecclesia mea Traiectensi memoria mei cum visitacione sepulchri mei peragatur ad quod peragendum lego eidem ecclesie redditus annuos quindecim librarum boni pagamenti videlicet quod quolibet mense vndecim mensium vna libra et mense duodecimo in quo dies anniversarius obitus mei peragetur tres libre inter canonicos et socios eiusdem ecclesie in vigiliis et missis animarum in visitacione sepulchri mei huiusmodi memorie presentes secundum ecclesie consuetudinem necnon canonicos et chorisocios presbyteros eiusdem ecclesie eadem die anniverarii missam in ipsa ecclesia celebrantes et memoriam mei facientes in canone viginti solidos equaliter dividantur. Item ad festum beati Mathei triginta solidos. Item ad festum beati Marci ewangelistarum triginta solidos. Item ad festum beati Willibrordi totidem solidos. Item ad festum beati Augustini

(10) totidem solidos. Item ad festum beati Wironis totidem solidos dicte monete inter presentes in primis et secundis vesperis necnon missarum sollempniis presentes secundum ipsius ecclesie consuetudinem

dividendos et hos redditus accipiendos de bonis ecclesie nostre in Niendike, Assigno salvis mihi annis post obitum secundum tenorem litterarum mihi super hoc a nostro capitulo indultarum. Item cappellanas duas videlicet in ecclesia mea Traiectensi, unam in ecclesia Dordracensi et aliam in ecclesia de Voerhout Traiectensis dyocesis ~~necnon monededi~~ necnon monialatum in monasterio de le ordinis cisterciensis eiusdem dyocesis per me fundatas, erectas et dotatas manere volo secundum tenorem litterarum super hiis plenius confectarum. Item lego cappellanie altari videlicet in ecclesia Traiectensi predicta per me fundate et de qua domino Egidio cognato meo providi viginti quattuor libras dicte monete pro ipsius cappellanie per exequentores meos infrascriptos augendis redditibus iuxta quam cappellaniem et in clausura altaris eiusdem de

(15) speciali consensu decani et capituli eiusdem ecclesie dudum optento sicut elegi et sic eligo meam ecclesiasticam sepulturam. Item ecclesie mee Traiectensis predictae lego domum meam claustralem quam bone memorie Rodolphus de Stoutenberch olim inhabitare consuevit dicte ecclesie Traiectensis vt per exequentores meos predictos precium dicte domus per eosdem vendende in redditus annuos redigatur et octo solidi nigrorum cuius singulis sextis feriis ab octavis festi Corporis Christi usque ad festum beati Remigii quibus cruces deportantur per cappellanos cappelle mee in eadem ecclesia Traiectensi canonicis et chorisociis ipsius ecclesie presentibus deportacione huiusmodi principio medio et fine canonicis videlicet sex et chorisociis duo solidi dividantur et quod superfuerit ex huiusmodi redditibus cedat presbyteris antedictis usque ad libram unam boni pagamenti quodque pluris super fuerit choralibus ecclesie antedicte. Quibus eciam choralibus lego novem librarum boni pagamenti annuos redditus quos predictos presbyteros capella-

(20) nie mee volo eisdem choralibus in pisis et pernīs et non in rebus aliis singulis annis hyemali tempore erogari. Spero enim animente Domino posse ex dictis choralibus collegium bonorum studencium successu temporis suboriri quod specialiter primordio gero voco. Item eidem ecclesie mee lego pro facienda ornatura conservacionis corporis dominici necnon liberarie et libris emendis necnon pro reparacione campane nachtegale. Item ecclesie sancte Marie Traiectensis, cum chorum ecclesie sue novum perfici constiterit effectualiter necnon ad erigendam novam capellam in Niendike ac ad maiorandum chorum ecclesie Bri-

lensis tantum quantum meis exequutoribus infrascriptis expedire videbitur ita quod ad solvendum huiusmodi legatum ultra vel prius quam eis videbitur non valeant coartari quibus tamen super hoc meam expressi in codicillis alii voluntatem. Item lego conventui monialium in le predicto ad comparandum redditus in auumentum vini ad mensam monialium eiusdem monasterii in adventu et quadragesima convertendos secundum prout et si eisdem meis (25) exequutoribus expedire videbitur vsque ad ducentas libras nigrorum turonensium. Item domum meam claustralem quam inhabito eisdem exequutoribus meis lego vt valorem ipsius redactum in pecunias in annuos redditus convertant et ad honorem gloriose virginis Marie in ecclesia Traiecentensi predicta prout ipsis expediens videbitur, assignent eosdem super quibus ipsos in codicillis alii eciam informavi. Item lego cuilibet exequutorum meorum infrascriptorum vnum de melioribus ciphis argenteis cum pede quos habeo seu basi quibus relinquo secundum scripturi ordinem optionem. Item fratribus minoribus in Traiecto viginti solidos boni pagamenti et predicatoribus ibidem tantum, conventui albarum dominarum decem solidos, conventui sancte Seruacii tantum conventui canonicorum regularium quinque solidos boni pagamenti, conventui monialium Valle sancte Marie viginti solidos, preterea omnia bona mea patrimonialia immobilia et redditus que habeo in opido Dordracensi de quibus per me alias dispositum non reperietur, volo cedere heredibus meis legitimis veniantibus ab incestato. Item libros meos ar- (30) cium lego collegio scolarium studencium de quo supra mensionem feci. Cum illud fieri continget, libros vero theologie et iuris lego ecclesie mee Traiectensi aput liberariam ipsius cum fuerit cathenandos. Item volo et mando quod omnia indumenta et induvie mee per dictum Egidium meum exequutorem infrascriptum et Iohannem Vroede et secundum ordinationem eorundem meis pauperibus consanguineis erogentur, ita tamen quod domino Wilhelmo de Campen par vestium ex hiis tribuatur. Item lectum meum et coopertorium meliores cum duobus lintheaminibus lego hospitali domus sancte Katherine Traiectensi necnon lectum coopertorium et duo lintheamina meliores post hec lego hospitali pauperum in Dordraco. Item volo et mando quod omnes obligaciones quibus sum vel ero qualitercumque obligatus quibuscumque personis, universitatibus seu collegiis per eosdem exequutores de primis et paracioribus bonis meis ad plenum ante omnia persolvantur et exequie corporis mei secundum statum necessarium et non ad pompam modis omnibus expleantur. Huius autem mee vltime voluntatis quam ut pri- (35) us valere volo prout suprascriptum est eciam si codicilli seu voluntas alia appareat, valere volo esse, volo et mando dilectos meos dominos Hubertum de B<o>sinchem meum concanonicum, magistrum Hughonem Wstinc et Egidium, meum consanguineum supradictum quibus et eorum cuilibet in solidum do tenore presencium plenam et liberam potestatem et mandatum speciale se sine contradictione cuiuslibet auctoritate propria post obitum meum de bonis meis omnibus actionibus, servitutibus et iuribus quibuscumque tam presentibus quam futuris ac, si heredes mei forent, intromittendi, ingrediendi possessionem et quasi eorundem capiendi, ipsam vendendi, obligandi, alienandi, donandi, pervincandi, transigendi, nouandi, quitandi acceptilandi et de ipsis prout sibi placuerit libre ordinandi et disponendi necnon presentem ultimam meam voluntatem prout eis videbitur mutandi, minuendi, augendi, detrahendi, supplendi ipsamque in pios usus alios secundum Deum et suam conscienciam totaliter vel in parte amministrazione libera redigendi (40) ipsisque et eorum cuilibet cedo et mando, committo et omni iure transfero in eosdem omnia bona mea mobilia vel immobilia resque in bonis meis existentes, actiones, conditiones, rei persecuciones utiles, contrarias et directas, mihi contra quemcumque hominem collegium seu universitatem quacumque occasione seu causa competentes iuraque presencia et futura ut ipsis in iudiciis et extra experiri possint utiliter et directo ad salutem anime mee, prout de ipsis confido eis que oretenus explicavi, quos exsequutores et quemlibet ex eis ab omni satisdacione inventarii confectione rationum compoti seu reliquarum reddicione omnique impedimento et exactione esse volo liberos en inmunes. Et nichilominus ea omnia et singula que supra solui, dari et fieri iussi ea solui, dari et fieri volo ab omni herede bonorumve possessore qui mihi futurus esset iure eciam intestati hecque vti ea dicuntur quod fiant fidei eius committo sub pena omnium bonorum et iurium que ad eum occasione mei (45) possent quomodolibet prevenire hancque meam voluntatem codicillos seu tabulas penes eosdem exequutores sine exactione seu tradicionem cuiuslibet exempli, transcripti seu copie volo

eciam remanere ipsosque rogo omnium precum instancia qua possum quatenus divini amoris intuitu onus presentis exequucionis dignentur admittere ipsamque meam voluntatem et limitationem predictam effectui mancipare. In quorum testimonio sigillum meum presentibus est appensum. Et nos Hubertus de Bosinchem, canonicus Traiectensis, Hugho Wstinc et Egidius supradicti onus exequucionis presentis ultime voluntatis ad instanciam eiusdem testatoris in nos recepimus ipsamque explere prout nobis est possibile eidem promisimus necnon singilla nostra presentibus apposuimus in testimonium eorudem. Datum vicesima die mensis iulii anno Domini Millesimo trecentesimo vicesimo nono.

In de naam van God amen.

Aan allen die dit document zullen inzien, Hugo genaamd Pollaerd, kanunnik te Utrecht: <we moeten> zo voorbij gaan aan het aardse goed dat we niet het eeuwige verliezen. Ik maak, gezond van geest, hoewel zwak van lichaam en in het besef dat niets zekerder is dan de dood en niets, dat het menselijke geslacht bedreigt, onzekerder dan het uur van de dood, waarom de zo onvermijdelijke en onzekere plicht van het menselijke bestaan door de beschikking van mijn aardse zaken een regeling om op heilzame wijze tot Gods eer en heil van mijn ziel, zoals door mij bovendien geregeld is, te komen tot mijn laatste wil oftewel testament, waarvan ik wil dat ze geldig is zoals het volgens de wet geldig zal kunnen zijn, door de volgende sublimatie en regeling in deze vorm:

Ten eerste wil ik en (5) regel ik dat er, nadat ik de laatste dag heb beleefd, elke maand in eeuwigheid in mijn genoemde kerk in Utrecht een herdenkingsdienst met een bezoek aan mijn graf wordt gehouden. Om die te houden laat ik aan die kerk de jaarlijks inkomsten van vijftien pond in goed geld, namelijk dat in elke maand van elf maanden een pond, in de twaalfde maand, waarin de verjaardag van mijn overlijden wordt gehouden, drie pond onder de kanunniken en de gezellen van die kerk, die bij de waken en dodenmissen, bij het bezoek aan mijn graf, aanwezig zijn bij deze herdenking volgens de gewoonte van de kerk, en ook <onder> de priesters kanunniken en koorgezellen van die kerk, die op dezelfde dag van de verjaardag de mis vieren in die kerk en mijn herdenkingsdienst doen, volgens de regel gelijkelijk 20 solidi verdeeld worden.

Tevens op het feest van de heilige Mattheus evangelist dertig solidi, tevens op het feest van de heilige Marcus de evangelist evenveel solidi, tevens op het feest van de heilige Willebrord evenveel solidi, tevens op het feest van de heilige Augustinus (10) evenveel solidi, tevens op het feest van de heilige Wiro evenveel solidi in het genoemd geld onder de aanwezigen op de eerste en tweede vespers en ook onder die aanwezig zijn op de plechtigheden van de missen volgens het gebruik van die kerk om te verdelen en deze inkomsten te verkrijgen van de goederen van onze kerk in Nijendijk.

Ik wijs het met het voorbehoud van mijn jaren na mijn dood toe overeenkomstig de inhoud van het document dat mij hierover is geschonken door ons kapittel.

Tevens wil ik dat twee kapelanieën namelijk in mijn kerk te Utrecht, een in de kerk van Dordrecht en de ander in de kerk van Voorhout in het bisdom Utrecht - en ook een monialatum (plaats voor een non) in het klooster van Lee van de Cisterciënzer orde in hetzelfde bisdom - die door mij zijn gesticht, opgericht en begiftigd, blijven volgens de inhoud van het document dat hierover vollediger is opgesteld.

Tevens laat ik aan het altaar van het kapelanie namelijk in de voornoemde kerk te Utrecht, die door mij gesticht is en waarom ik de heer Egidius, mijn verwant, 24 pond van het genoemde geld heb gegeven voor het vergroten van de inkomsten van deze kapelanie door mijn ondergetekende executeurs. Ik kies ook naast deze kapelanie en in de afgesloten ruimte van dat altaar met de (15) allang verkregen speciale toestemming van deken en kapittel van deze kerk mijn kerkelijk graf uit zoals ik het uitgekozen heb.

Tevens laat ik aan mijn voornoemde kerk in Utrecht mijn kloosterlijke woning na, waarin Rudolf van Stoutenberch goeder nagedachtenis vroeger placht te wonen, van de genoemde kerk in Utrecht, zodat door mijn voornoemde executeurs de prijs van het genoemde huis, dat door hen verkocht moet worden, wordt toegevoegd aan de jaarlijkse opbrengsten en acht solidi in zwarten, waarvan op elke vrijdag vanaf het octaaf van het feest Corpus Christi tot aan het feest van de heilige Remigius, waarop de kruizen worden gedragen door de kapelaans van mijn kapel in

dezelfde kerk van Utrecht, terwijl de kanunniken en koorgezellen van deze kerk bij dit dragen aan het begin, het midden en het eind aanwezig zijn, moeten aan de kanunniken namelijk zes en aan de koorgezellen twee solidi verdeeld worden en wat over is van deze opbrengsten moet toekomen aan de voornoemde priesters tot aan een pond in goed geld en wat verder over is aan de koorgezellen van de voornoemde kerk. Aan deze koorleden laat ik ook van negen pond in goed geld de jaarlijkse opbrengsten na: ik wil dat die voornoemde priesters van mijn kapelanie aan die koorgezellen in erwten en hammen en niet in andere zaken jaarlijks in de winter uitbetalen. Ik hoop namelijk dat met de inspiratie van de Heer uit de koorleden van de voornoemde kerk een college van goede studenten kan ontstaan in de loop der tijden; ik noem iets wat ik vanaf het begin koester.

Tevens laat ik aan die kerk van mij na om versiering te maken voor het bewaren van het lichaam van de Heer en ook voor de bibliotheek en om boeken te kopen en ook voor het herstel van de klok 'nachtegale'.

Ook aan de kerk van de heilige Maria in Utrecht, wanneer het effectief vaststaat dat het nieuwe koor wordt afgemaakt en ook voor het oprichten van een nieuwe kapel in Nijendijk en voor het vergroten van het koor van de kerk in Brielle, zoveel als mijn ondergetekende executeurs vinden dat het goed uit komt in die zin dat om dit legaat te betalen zij niet meer of eerder dan het hen goed dunkt, kunnen gedwongen worden: hierover heb ik evenwel mijn wil in een andere in een ander testament tot uiting heb gebracht.

Tevens laat ik aan het nonnenklooster in het voornoemde Lee na om inkomsten te verwerven die besteed dienen te worden aan het toenemen van de wijn aan de tafel van de nonnen van dat klooster tijdens advent en quadradesima (40<sup>e</sup> dag), zoals en als het die executeurs van mij schijnt uit te komen, tot aan 200 Tournooise zwarten.

Tevens laat ik mijn kloosterlijke woning die ik bewoon, aan die executeurs na om de waarde daarvan omgezet in geld terug te brengen tot jaarlijkse inkomsten en ter ere van de roemrijke maagd Maria in de voornoemde kerk in Utrecht, zoals hen nuttig toeschijnt.

Tevens laat ik aan ieder van mijn ondergetekende executeurs een van de betere zilveren drinkbekers met voet, die ik bezit, oftewel basis, aan wie ik de keuze laat overeenkomstig de rangorde van het geschrift.

Tevens aan de minderbroeders in Utrecht 20 solidi in geld en aan de predikheren aldaar evenveel, aan het klooster van de witte vrouwen tien solidi. Aan het klooster van de heilige Servatius evenveel, aan het klooster van de reguliere kanunniken vijf solidi in goed geld, aan het klooster van de nonnen Mariëndal 20 solidi.

Bovendien wil ik al mijn vaderlijke onroerende goederen en de inkomsten, die ik bezit in de stad Dordrecht, waarover het niet blijkt dat daarover door mij anders is beschikt, geven aan mijn wettige erfgenamen bij versterf.

Tevens laat ik mijn artes-boeken na aan het college van studerende scholieren, waarvan ik hierboven melding heb gemaakt. Wanneer dat gaat gebeuren, laat ik mijn boeken van theologie en recht echter na aan mijn kerk in Utrecht die in de bibliotheek aan de ketting gelegd moeten worden, wanneer dat het geval is.

Tevens wil ik en beveel ik dat al mijn lijfgoed en kleding door de genoemde Egidius, de ondergetekende executeur, en Johannes Vroede en volgens hun regeling onder mijn arme verwanten worden uitgedeeld, op zo'n manier evenwel dat de heer Willem van Campen een paar kledingstukken daarvan wordt gegeven.

Tevens laat ik mijn bed en dekbed, de betere, en twee lakens na aan het hospitaal van het huis van de heilige Katherina in Utrecht en ook laat ik een bed, dekbed en twee lakens, daarna de betere, aan het armenhospitaal in Dordrecht na.

Tevens wil ik en beveel ik dat al mij verplichtingen, die ik verplicht ben of zal zijn, hoe dan ook aan welke personen, gemeenschappen of colleges dan ook door dezelfde executeurs allereerst en van mijn meer contante goederen voor alles volledig worden betaald en dat de begrafenis van mijn lichaam moet worden uitgevoerd volgens de noodzakelijke status en niet op alle manieren met pracht en praal.

Ik wil evenwel dat van deze laatste wil, waarvan ik wil dat die zoals eerder van kracht is, (35) zoals hierboven beschreven is, ook als er een testament of andere wil blijkt te zijn, dat die

van kracht is, en ik draag mijn beminde heren Hubert van Bosinchem, mijn medekanunnik, meester Hugo Wstinc en Egidius, mijn bovengenoemde verwant, aan wie ik -en aan elk van hen ik afzonderlijk - op grond van de inhoud van dit testament de volledige en vrije beschikking en speciale opdracht geef om zonder tegenspraak van wie dan ook uit eigen gezag na mijn overlijden van al mijn goederen, werkzaamheden, diensten en rechten, welk ook, zowel van nu, als de toekomstige en als er erfgenamen van mij zijn, om toe te laten, het bezit binnen te gaan en als het ware daarvan de bezitter te worden, het te verkopen, te verpanden, te vervreemden, te schenken, te verruilen, te verhandelen, te vernieuwen, te kwijten, mondeling te kwijten en erover, al naar gelang het hen bevalt, vrijelijk te beslissen en te beschikken en ook mijn huidige laatste wil al naar gelang het hen goed toeschijnt, te veranderen, te verminderen, te vermeerderen, er af te halen, aan te vullen en het voor andere vrome doelen volgens God en hun geweten totaal of gedeeltelijk door vrij beheer te gebruiken (40) geef ik aan hen en elk van hen en draag ik op, vertrouw toe en draag ik met elk recht aan hen al mijn roerende en onroerende goederen en dingen die zich onder mijn goederen bevinden, handelingen, afspraken, executies van de zaak, nuttig, tegengesteld en rechtstreeks, die bij mij tegen welke persoon, college of gemeenschap dan ook bij welke gelegenheid of om welke reden dan ook passen, en de huidige en toekomstige rechten, zoals men precies bij rechtszaken en daarbuiten kan ervaren op nuttige wijze en rechtstreeks voor mijn zielenheil, zoals ik van hen vertrouw en hen mondeling heb uitgelegd. Ik wil dat deze executeurs en elk van hen door het maken van een redelijke boedelbeschrijving of weergave van de overige dingen vrij en vrijgesteld zijn van elke borgstelling en elke beletsel en claim.

Niettemin wil ik dat alle zaken tezamen en afzonderlijk, waarvan ik hierboven gezegd heb dat ze betaald, gegeven en gedaan moeten worden, betaald, gegeven en gedaan worden door elke erfgenaam en bezitter van goederen, die ik zal hebben, ook volgens het *ius intestati* (erfrecht bij versterf) en deze dingen waarvan men zegt dat ze gedaan worden, vertrouw ik toe aan hun goede trouw op straffe van alle goederen en rechten, die hem vanwege mij kunnen helpen (45) hoe dan ook en ik wil dat deze wil, deze codicillen oftewel dit testament van mij bij deze executeurs zonder claim of overdracht van welk exemplaar, afschrift of kopie dan ook blijft en ik vraag hen met de aandrang van alle mogelijke smeekbeden, waarmee ik dat kan, dat zij met het oog op Gods liefde zich verwaardigen de last van de uitvoering van dit testament op zich nemen en dit testament van mij en de voornoemde beperking ten uitvoer brengen.

Tot een bewijs hiervan is mijn zegel aan dit testament gehangen.

En wij, de bovengenoemde Hubert van Bosinchem, Utrechtse kanunnik, Hugo Wstinc en Egidius hebben de last van de uitvoering van bovengenoemde laatste wil op aandrang van dezelfde erflater op ons genomen en we hebben hem beloofd het ten uitvoer te brengen, al naar gelang we kunnen, en we hebben ook onze zegels aan dit testament hiervan gehangen als een bewijs van deze dingen.

Gegeven op de twintigste dag van de maand juli in het jaar van de Heer 1329.